


nra piamdi bnficior
 magis piamdi i exentoe pmpferatoc
 Sicut rono ravis
 Temi piamdi piamdi piamdi piamdi
 Rele odines & piamdi piamdi piamdi piamdi d. attu.

17869 (art 7)

De Virtute illis ad dnm
 Ex piamdi
 de dnm i offitio dnm
 hris de rono
 de piamdi piamdi & rono piamdi
 Sicut & ad dnm dnm

Scribendi piamdi nra piamdi
 dnm piamdi piamdi piamdi



2

Incipit modus vacandi beneficioꝝ.

Primus modus vacandi est. Si quis possidet beneficium curatum. et postea contingit ipsum assequi aliud curatum apostolica vel quacunque auctoritate scilicet ordinaria vel iure patronatus: primum beneficium quod antea habuit vacat: nisi obiecta dispensatione apostolica. Et expectantes vigore gratie tale beneficium acceptare non possunt: sed eis sedi apostolice specialiter reseruat.

Secundus modus est. Si quis habuerit beneficium curatum et postea obtinuerit a domino nostro papa gratiam de beneficio cuius cura vel sine cura: et si antequam gratia sortiatur effectum non permittat vel resignat: tale beneficium curatum vel non curatum ipso facto vacat: et est sedi apostolice reseruat.

Tertius modus est. Si quis habet beneficium cum cura vel sine cura: et quando gratia sua sortita est ad effectum primum beneficium quod impetrans obtinuit vacat: nisi mentionem fecerit de tali beneficio obtento in impetratione sue gratie expectatiue.

Quartus modus est. Si quis habet beneficium cum cura et postea gratiam impetravit de beneficio cum cura vel sine cura: alter potest primum impetrare per clausulam sperare vacare. Et quamcito aliud beneficium assequitur cum cura: ille secundus habebit primum. Et etiam si interim resignaret huiusmodi occasione et nullius alterius: etiam qualitercunque vacaret: nisi per mortem.

Item si quis habet beneficium propter quod teneatur se facere promoueri ad sacros ordines infra annum: et si non fecit se promoueri post habitam pacificam possessionem: tale beneficium vacat per non promotionem. Sed tamen episcopus potest secum dispensare ad septennium causa studij et non alias: sic tamen quod infra annum sit ordinatus in subdiaconum. Papa autem potest dispensare ad placitum ex quacunque causa.

Item cum lis pender inter duos vel tres super vno beneficio vel pluribus dum obijt unus litigantium et lis ipsa non sit decisa beneficia huiusmodi vacant et sunt reseruata: et surrogatur colligans in iure defuncti: etiam infra mensem alterius impetrantis: iuxta regulam de surrogandis colligantibus.

Item per apparentem incorporationem: ut cum religiosi habent collationem ad certa beneficia que clericis secularibus sunt conferenda: et si ipsi suis fratribus conferant ac si ista essent incorporata etiam vacant.

Nota

Defuncti

40

Item per liberam resignationem: ut si aliquis resignat aliquod beneficium coram notario et testibus: uel in manus habentis potestatem admittendi resignationem huiusmodi etiam non consensu patroni interueniente: tale beneficium uacat.

Item uacant beneficia per contractum matrimonij per uerba de presenti.

Item si quis habet beneficium ecclesiasticum et ingreditur monasterium: uel aliquam duxerit uxorem: beneficia sua uacant per ingressum monasterij uel religionis: uel contractum matrimonij.

Item nullus illegitimus potest obtinere dignitates: personatus uel officia in cathedrali ecclesia: uel etiam in metropolitana. Et si quis illegitimus habet talia beneficia absque dispensatione apostolica uacant: et sunt sedi apostolice reservata.

Item uacant per irregularitatem: ut si quis inicit manus uiolentas in clericum uel in aliquam personam ecclesiasticam: et se postea diuinis immiscuerit.

Item omnium illorum beneficia uacant qui celebrant in loco interdicto: uel coram excommunicato. Sententialiter tamen per iudicem declarari debent alias non uacant.

Item si quis habet beneficium cum cura uel sine cura et postea promouetur in episcopum uel abbatem beneficia uacant.

Si in episcopum per manus consecrationis. Si in abbatem per manus benedictionis.

Item si quis habet beneficium ecclesiasticum et moritur in curia Romana uel infra duas dietas legales a curia: ipsius beneficia sunt sedi apostolice reservata.

Item si quis habet beneficium cum cura uel aliquam dignitatem et non est uiginti quatuor annorum: suum beneficium uacat: nisi super hoc dispensationem obtenta.

Item per promotionem: ut si quis promouetur ad sacros ordines sententia excommunicationis maioris ligatus: ipso facto sua beneficia uacant.

Item per promotionem: ut si quis promoueretur ad sacros ordines sententia excommunicationis minoris ligatus: ipso facto sua beneficia uacant.

Item per non promotionem: uel residentiam: ut cum beneficium ex officio uel fundacione requirit residentiam: aut moras personalem: non habita dispensatione illius non residentis: omnia talia beneficia uacant. Et ille casus frequenter contingit in beneficiis que sunt de iure patronatus laicorum. Et contingit quando ex officio uel fundacione requirit presbyterum: uel unum qui possit procedere ad ordines sacros infra annum. Et collatores aliquando conferunt illi qui impetrat dispensationem sub

condicione q̄ q̄ primuz uenerit ad annos discretionis promo-
ueatur z personaliter in beneficio resideat quod si non fecerit
beneficium uacat.

Item uacant per permutationem simoniaca prauitate uel pa-
cto interueniente.

Item per inhabilitatem. ut si minor quindecim annorum sine
dispensatione obtineat beneficium uacat illud de facto.

Item beneficium uacat si quis in infirmitate constitutus resi-
gnaret aliquod beneficium vbiunq; in Ro. cu. uel extra. si mo-
ritur infra. x. dies. tunc beneficia resignata uacant per mortem
z non per resignationem. z sunt sedi apostolice reseruata.

Item per irregularitatem homicidij uel non curantis man-
data apostolica executione demandate.

Item si quis sterit per annum in excommunicatione ipsius be-
neficia uacant. Similiter eius qui celebrat coram excommunica-
tis. Vel scienter in loco interdicto.

Item uacant beneficia cum cura. etiam dignitates persona-
tus siue per constitutionem *Excrabilis fe. re. Jo. pape. xxiij. hoc*
modo scilicet si quis habet unum beneficium curatum aut digni-
tatem aut personatum. z retinet primum cum secundo per men-
sem sine dispensatione tunc uacat utrunq; z perdit tam primum
q̄ secundum z efficitur inhabilis ad illa z qualiacunq; bene-
ficia ecclesiastica similia uel dissimilia obtinenda. tamen simpli-
cia z alia sine cura que dignitates z personatus non sunt per
eum prius habita.

Item quandoq; uacant beneficia per reuocationem unionum
z incorporationum.

Item quandoq; per reuocationem commendarum factarum
auctoritate apostolica uel ordinaria.

Item si quis acceptat cum gratia sua expectatiua z non pu-
blice seu publicari faciat instrumentum acceptationis z proui-
sionis cum alijs litteris tale beneficium uacat.

Nota q̄ post citationem executam lis dicitur pendere in tan-
tum quod si alter litigantium moritur in Curia uel extra lite
indecisa. tunc unus papalis non potest illud beneficium acce-
ptare. sed solus papa habet de illo dispensare. *Caueat ille li-*
tigans quod faciat se in ius defuncti surrogare ne alter ipsius
preuentat ad minus per mensem. quia litigans habet totum
mensem post impetrandum se surrogari facere in iure colligan-
tis defuncti. Que practica est multis ignota. z tamen *Rota ita*
seruat. Et idem si litigantes simul concordent lite idecisa. z al-
ter ipsorum moritur z non renunciet. tunc illud beneficiū iterum
censetur pape esse reseruatum z non cadit sub gratia expectatiua.

de beneficio accepto

Et hoc est uerum si lis pendet in curia Romana, secus tamen alibi etiam si aliquis renunciet beneficium in curia: tunc etiam censetur in dispositione solius pape.

Item si quis impetrat aliquod beneficium realiter deuolutum uel reseruatum: uel alias debito modo uacans, postea impetrans aliud beneficium et non curat prosequi primum. Tunc illud beneficium stat in dispositione solius pape. Nec reuertitur potestas providendi ad ordinarium.

Item per liberam resignationem: ut si quis resignat aliquod beneficium coram notario et testibus: uel ad manus habentis potestatem admittendi resignationem huiusmodi cum consensu patroni interueniente: beneficium uacat apud collatorem: nisi resignatio ista non sit realiter probata scilicet quod impetrans si effectualiter adeptus possessionem illius: tunc primum reuertitur ad suum principium.

Item gratiam in comuni forma pauperum aliquo si habente publicationem gratie huiusmodi: ordinarius confert beneficium uacans, collatio tamen secundum aliquos. Aliqui tamen dicunt quod non: scilicet dominus Jo. Gal. Qui tenet quod ante purificationem gratie manus ordinarii sint clausae et ligatae: primo modo infra mensem post uacationem beneficii purificet et acceptet, et ita fuit alias obseruatum. Secus tamen de gratia speciali.

Item habens gratiam in comuni forma pauperum ante uacationem tenetur ordinario litteras suas insinuare: alias non potest acceptare. Sed habens gratiam in speciali non tenetur nisi propter concurrentes et maiorem diligentiam.

Item si sunt expectantes in dioecesi et uacet beneficium in mensse pape ordinarius non potest conferre infra mensem post uacationem, et hoc propter decretum irritans pape. Sed si non fuerit acceptatum infra mensem: tunc post mensem conferre potest: et sic ualeat.

§ 3 n 3 s.

Incipit modus acceptandi

Primo impetrans habeat nomina beneficiorum in scriptis in sua collatione; et tempore quo voluerit acceptare accedat ad notarium cedulas habens in manu in qua stant nomina beneficiorum; et prestando dicat, Domine notarie; ecce accepto quodcumque beneficium in vim gratie mee expectative et litterarum apostolicarum desuper confectarum et processum vigore desuper fulminatorum mihi debitum vacans per mortem aliquorum quorum nomina in ista cedula continentur; et cuiuscumque alterius collationis sub protestatione solita et consueta; videlicet si in quantum aliquod illorum mihi de iure debetur, alioquin gratia mea salva maneat et illesa, ad quodcumque aliud beneficium de iure mihi debitum. Et requiro vos tanquam subexecutorum in vim clausule ceterum mihi per principalem executores deputatum quod michi modo de beneficio sub protestatione premissa provideatis, et provisione facta requirens ipsum ut supra. Acceptatione et provisione sic factis conficiat unum vel plura publica vel publica instrumentum vel instrumenta.

¶ J N J S

H* 11526 *

Notariale M!

